





1766, 19.  
No: 6.

SPECIMEN  
CONTINENS  
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM  
DE  
DAMNI FORTVITI  
ET  
STERILITATIS DETERMINATIONE  
IN REMISSIONE MERCEDIS

Q V O D  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PUBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISEBVRG.

SOCIO

IN AUDITORIO PETRINO

DIE VIII. NOVEMBER. ANNO CICIDCCCLXVI.

D E F E N D E T

ANDREAS ERNESTVS KÜHN

ALT-IESNITIENS. SAX.

---

LIPSIAE  
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

STEGMUT  
CONTINUENS  
CATATIUS CONTROVERSA  
DE  
DANI FORTAVIT  
ET  
SATURNATIS DETERMINATIONE  
IN RERUM MERCEDIS  
EST  
ELASTIS IGLORVM QVODIS GRATIA  
DE  
L CHRISTIANO HENR HREANING  
TERRISSE DE PULCHRA IN TERRA  
POTERIT TERRA TERRA  
IN AUDITIONE PETRINI  
POTERIT TERRA TERRA  
ANDREVS ERNSTAS RUIN  
TERRA TERRA  
FIPSIA  
TERRA TERRA



DE  
D A M N I F O R T V I T I  
E T  
S T E R I L I T A T I S D E T E R M I N A T I O N E  
I N R E M I S S I O N E M E R C E D I S.

---

§. I.

**E**st communis regula inter locatorem et conductorem definita legibus, videlicet, remittendam esse mercedem ob sterilitatem aut damnum fatale extrinsecus superueniens. Sicut vero haec ipsa regula admodum indefinita est, ita quaeritur recte de qualitate sterilitatis, et de quantitate damni casu fortuito perpetri a conductore. Primum caendum, ne tenuitatem fructuum cum sterilitate confundamus ea, quae mercedis remissionem admittit, nec eam

A 2

sterili-



sterilitatem subintelligamus, quae conductoris culpa contigerat, quod non recte agros coluerat. At priora referenda sunt themata, quae continentur apud V L P I A N U M in L. 15. §. 5. π. Locat. conduēt. Sribit: *Cum quidam de fructuum exiguitate quereretur: non esse rationem eius habendam, rescripto Diui Antonini continetur. Item alio rescripto ita continetur: Nouam rem desideras, vt propter vetustatem vinearum remissio tibi detur.* Addendum est Corn. v. BYNKERSHOEK Obseru. Iur. Ciu. L. II. cap. 13.

## §. II.

Maxime itaque quaeritur: quanta sterilitas esse debeat, vt remissionem petere mercedis possit conductor? Videtur decidisse causam G A I U S in L. 25. §. 6. π. locat. conduēt. Vis maior, inquit, quam Graeci θεοῦ βίαν, i. e. vim diuinam appellant, non debet conductori dannoſa esse; si plus, quam tolerabile est, laeti fuerint fructus. alioquin modicum damnum aequo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non auferatur. Sed sic quaestio vere decisa non est; noua enim lis de damno quod tolerabile non est, et de eo, quod modicum est, orietur. Non enim hoc definit satis Gaius. Et vix quidquam hac in parte certi constituunt leges, nisi ea placeant, quae voluit V L P I A N U S in L. 15. §. 7. ff. loc. cond. C A R P Z O V I V S P. II. const. 37. def. ii. hanc adducit definitionem, requiri scilicet, vt colonus ne quidem dimidium pensionis, seminis et expensarum perceperit. Contra S T R V V I V S in Syst. Iur. Ciu. Exerc. 24. th. 16. aliam adducit opinionem, scilicet iudicio peritorum in re agresti committendum.

dum. Sed sicut prioris opinio nullo nititur iure certo, maxime, cum nulla subsit causa, cur dimidii tantum ratio habeatur, ita posterioris non tollit rei incertitudinem, quippe adhuc ignoratur, quam regulam sequi debeant ii ipsi periti oeconomi in diiudicanda causa. Hi quidem aestimant recte damnum, quod sterilitate patitur, at, si aestimarunt, vnde determinant, an sufficiat ad remittendam mercedem? Et sat erit, si ne quidem impensae fructibus recuperatae sunt et pensionis aliqua pars, quamvis non dimidia, quippe multum adhuc detrimenti hoc patitur, quod frustra laborauerit, et aestimato a peritis damno, quaestionem de remittenda mercede Iure communi potius iudicis arbitrio committerem.

### §. III.

At vero, si superiores anni vberes fuere, an non vberatis lucra cum sterilitatis damno compensanda veniant? Romano iure autoritate PAPINIANI res decisâ est, teste VLPIANO L. 15. §. 4. π. loc. conduceat. Scripsérat enim: *Si uno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis contigit vbertas: nihil obesse domino remissionem; sed integrum pensionem etiam eius anni, quo remisit, exigendum, hoc idem et in vectigalis damno respondit. Sed et si verbo donationis dominus ob sterilitatem anni remiserit: idem erit dicendum: quasi non sit donatio, sed transactio.* Quid tamen si nouissimus erat annus sterilis, in quo ei remiserit: verius dicetur, et si superiores vberes fuerunt, et scit locator, non debere eum ad computationem vocari. Valebunt haec hodie, nisi contraria adsit lex. De Saxonia infra.

### A 3

### §. IV.



## §. IV.

Iam ad reliqua damna extrinsecus non rei vitio superuentia in fructibus nondum perceptis seu a fundo non separatis veniamus; de perceptis enim damnum tantum conductor sentit, cui, ut domino, fructus pereunt. Agit de huius damni fatalis speciebus *VLPIANVS* cit. leg. *utputa*, inquit, *fluminum, graculorum, sternorum et si quid simile occurrit*. Volucres ne ii, quibus natura ad garrulitatem facilitatem dedit, damnum fatale efficient, quod conductori tribuat immunitatem a mercede? sane ita est: exposuit rem *CVIACIVS* *Obseru. Iur. Ciu. L. XV. cap. 25.* *BELLONIVS* in *Ornitholog. L. VI. c. 7.* *MENAGIVS* *Amoenit. Iur. c. XXXVIII.* Neque vero aliud quidquam attenditur in fatali damno, nisi extra consuetudinem, ut loquitur *VLPIANVS* contingat. Remittitur merces, seu ut *Seruius* apud *Vlpianum* aiebat, *omnem vim, cui resisti non potest, dominus colono praestare debet.*

## §. V.

At vero, etiamsi damnum contingat fatale, seu maiori vi, quam cui resisti possit, tamen non omne damnum, sicut nec omnis sterilitas conductorem liberabit, sed illud tantum, *quod plus quam tolerabile est.* Hinc recte quae supra de sterilitate diximus, eadem quoque de reliquo damno in fructibus perpresso applicemus. Anne ergo communi iure, si vberrimos superioribus et perpresso damno, posterioribus annis fructus ceperit conductor, cum damno compenset? Et arbitror recte argumento a sterilitate ducto, ob rationis itenditatem.

Imo

Imo vbertas reliquorum annorum facile efficiet, vt modicum fiat damnum, quod aequo animo ferre debet conductor.

### §. VI.

Haec vero ita, si nihil conuentum inter conductorem locatoremque. Contra, si conductor, pacto contractui adieeto, promiserit ferre casum fortuitum ipsamque adeo sterilitatem, et dubium non est, mercedis remissionem eundem postea petere non posse, sed standum esse pacto. Hinc si dimidium tantum remittere promisit locator, dimidium praestabit conductor mercedis, quamquam omnium fructuum iacturam perpessus fuerit. Evidemt vero concedo, non opus, vt in pacto omnes casus fortuiti exprimantur, quamuis forsitan inutile non sit, tamen vti an soliti tantum, an etiam insolitissimi subintelligendi in pacto, quo casum conductor in se recepit disceptatur. Plerumque solitos tantum subintelligendos censem interpretes, forsan ex aequitate, quippe de insolitissimis vix est, vt cogitauerint partes, neque omnino improbabilis est haec opinio, licet *s trvvis in Euolut. Controversi p. 340.* ad insolitum casum ferendum damnet conductorem ex pacto obligatum, argumento *L. 15. §. 2. π. loc. cond.* quae hanc sententiam non continet, et ex hoc argumen-  
to, quod genere expresso species subintelligantur.

### §. VII.

Tandem ad Patria veniamus iura. Recedunt sane in illo themate, quo mercedis remissionem praetendere potest conductor, a ciuili iure, partim probata Carpzoviana opinione,



nione, partim reiecta compensatione vbertatis priorum annorum. Ita enim lata A. 1746. *Electoralis nouissima DECISIO XX.* disponit. Daserne, wegen der Unglücks-Fälle in einem Pacht-Contracte nichts bedungen worden, soll der Verpachter, dem Pachter einem Remiss zu thun, anderer gestalt nicht schuldig seyn, als wenn der Verlust die Helfste des jährlichen Pachtgeldes übersteiget, auf welchen Fall Verpachter den Schaden zur Helfste zu übertragen hat, und ist hierbey auf die vergangene oder noch rückständige Jahre einiges Abscheln nicht zu richten.

### T A N T V M.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-174459-p0010-1

Lipzg, Diss. 1766 A 6



TA-OC



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

1    2    3    4    5    6    7    8    9    10    11    12    13    14    15    16    17    18    19    20

Centimetres



1766, 19.  
No. 6.

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T   I V R I S   C O N T R O V E R S V M  
D E  
D A M N I   F O R T V I T I  
E T  
S T E R I L I T A T I S   D E T E R M I N A T I O N E  
I N   R E M I S S I O N E   M E R C E D I S

Q V O D

I L L V S T R I S   I C T O R V M   O R D I N I S   G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O   H E N R.   B R E V N I N G

P R O F E S S O R.   P U B L I C.   O R D I N.   I V R.   N A T.   E T   G E N T.

E T   S O C I E T A T.   L I T E R.   D V I S B V R G.

S O C I O

I N   A V D I T O R I O   P E T R I N O

D I E   V I I I .   N O V E M B R.   A N N O   C I C I C C I C L X V I

D E F E N D E T

A N D R E A S   E R N E S T V S   K V H N

A L T - I E S N I T I E N S .   S A X .

---

L I P S I A E

L I T T E R I S   V I D V A E   L A N G E N H E M I A E.